Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. Theol. Facult. Senior. ad Exequias Quas Filiolo suo desideratißimo Alberto Heinio, moestissimi parentes Hodie media Prima, in Templo Jacobaeo parabunt. Omnes & singulos Academiae cives invitat

Rostochii: Kilius, 1637

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770974058

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Qvistorp, J.,

in A. Hein.

Rost. 1637.

18.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0004
DFG

RECTOR

108

Univerſitatis Roſtochienſis

JOHANNES QVISTORPIVS, D. & Theol. Facult. SENIOR.

ad Exequias

QUAS

Filiolo ſuo deſideratiſſimo

ALBERTO HEINIO,

mœſtiſſimi parentes

Hodie media Prima, in Templo Jacobæo parabunt.

Omnes & ſingulos Academiæ cives invitat.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT

ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, *Acad. Typogr.*

ANNO M. DC. XXXVII.

RECTOR

Academiæ Roſtochienſis

JOHANNES QVISTORPIUS.

Zenon cum Octuaginta annos ſupervixiſſet & pede in lapidem incurreret, in has voces erupiſſe perhibetur. Quid me interpellas mors, brevi me tibi ſiſtam: quo dicto domum conceſſit, ad mortem ſe compoſuit, & ultimum vitæ debitum perſolvit Epicharmus cum audiret viros obuſtos, & iuvenes vegetos, de incertitudine temporis mortis inter ſe diſceptantes, & hunc quinq;, alterum decem, tertium viginti, plures paucioreſve annos vitæ ſibi à diis concedi petentes. O Viri exclamavit, quid de paucis diebus, menſibus, aut annis contenditis, omnes fati lege tenemur omnes morti Vicini ſumus, & quotidiè Vitæ noſtræ mortalis conditio, de emigratione ex ea nos admonet. Rectè illi. Conſide-

rantes quæ in aliis cernunt, eadem ſibi quoq; exſpectanda eſſe ſtatuentes. Nulla dies, nulla hora præterit, quæ nos de morte imminente non admoneat. Quotidiè ad ſepulturam emortuos efferri videmus; morbi nos varij, mortis prodromi exercent. Hunc febris lecto affigit, illum calculus, iſtum colicus dolor, alios alij morbi divexant, undè non ſolum morti, nos noſtraq; deberi colligimus: Sed & quæ premunt, quæ circumſtant, quæ imminent mala conſiderantes, cum Plinio ſtatuere poſſemus. Nihil naturam homini brevitate vitæ conceßiſſe melius. Rectèq; illum (quisquis is fuit) dixiſſe aſſeramus, Optimum eſſe hominem natum citiſſime mori. *Quod nos Chriſtiani paucis immutatis efferemꝰ.* Optimum eſſe hominem natum, & per Chriſtum renatum, pie obdormire. *Hæc cogitantes: milites fortes imitemur, qui quacunq; hora, ſigno dato, arma induunt, ad prælium exeunt, ſtant caduntq; imperatoris ſui nutu. Ita & nos ad ſummi noſtri Imperatoris voluntatem, in acie ſtantes, vibrantem in nos enſem ſuum mortem non vereri, Ictus ejus intrepidè excipere, & juſtitiæ coronam, quæ ſtrenuè pugnantibus promiſſa eſt, expectare.*

nobis

Militiæ hujus exemplum hodiernus dies nobis geminum præbuit. Mortis confeſſos gladio duos infantes vidimus, alterum quatuor annos & menſes totidem natum: Alterum nec dum octo ſeptimanas in vita hac mortali commorantem. Is eſt cui nunc hanc præſtamus operam, ALBERTUS HEIN, *infans tenellus, qui hora quarta pomeridiana, tertio Decembris Anni ſuperioris natus, triduo poſt, die Nicolao ſacro per baptiſmum renatus, & 26. Januarij hujus Anni, circa quintam matutinam, denatus eſt, cum nec integras octo hebdomadas, Vivendo in terris complevisſet. Non hoc nomine, O infantule miſer, quod brevi tempore inter mortales verſatus es, Nauta, qui ſævienti mari navem, merces ſuas, ſeq́ꝫ, commiſit, nihil magis in votis habet, quam ut ſecundis ventis vela impleantur, & ipſe cum navi mercibusq́ꝫ feliciter, & quam fieri poteſt citiſsimè in portum deferatur.* Id Albertule *es aſſequutus. Protrudebaris in vitæ hujus terreſtris pelagus, quando ante paucùlas ſeptimanas vitalem incipiebas haurire auram; Proſpero flatu tua implebantur vela, quando ex aqua & Spiritu regenerabaris; Citiſsimè in portum delatus es, dum intra decurſum,*

pa uxillarum hebdomadum, mare mundanum ſuperaſti, & in cœleſtem vitam migraſti. Quos mundi, & rerum mundanarum, vanitate vaniorum amor dementavit, longæ vitatem, & diuturnas in hoc pelago jactationes optent. Qui cor ſuum in ſuperioribus habet, ubi ejus theſaurus Chriſtus eſt, ille cum Apoſtolo Paulo ingeminat: Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Si tamen quædam ſunt, quæ cuipiam deſiderium diutiſſimè in his terris commorandi concitare poſſunt, nec illa tibi Infantule defuere, ſive parentes majoresve, quibus genus & vitam poſt Deum debes; Sive fortunæ bona, quæ ex tuis expectare poteras, Sive indolis dotes, quas tibi natura conceſſerat, Spectemus, Patre *natus fuiſti præſtantiſſimo, noſtroq; ordini addictiſſimo* HENRICO HEIN, matre, *fœmina omnibus eum ſexum decorantibus virtutibus ornatiſſimam*, MARGARETHAM Hagemeiſters. *Paternus tibi avus fuit, Vir conſultiſſimus & Clariſſimus*, Dn. ALBERTUS HEIN, J.U.D. *per totos quadraginta annos in hac noſtra Univerſitate Decretalium profeſſor publicus, & Illuſtriſſimi Ducis Megapolitani Conſiliarius, Pro* avum paternum *ſalutabas, Ampliſſimum & Conſultiſſimum Virum, Dominum*

num FRIDERICUM HEIN, *J.V.D. olim Illuſtriſſimo Principi Megapolitano à Conſiliis, Profeſſorem Syndicum & Conſulem Reipublicæ Roſtochienſis Spectatiſſimum*, Maternus *tibi* Avus *erat* Dominus GEORGIUS Hagemeiſter/ *Vir politiſſimus, literarum fautor, Civis hujus urbis primarius*; proavus maternus. GEORGIUS Hagemeiſter/ *Celſiſſimi Principis Megapolitani quondam Secretarius, & Eccleſiarum Guſtrovienſium œconomus optime meritus*, Pro avus maternus, *vir antiqua virtute & fide, ſenio gravis*, Dn. CHRISTIANUS Beſelin/ *Senator & Camerarius hujus civitatis, qui octogenarius, tibi pronepoti ſuo, illud præſtat officium, quod ſibi à te olim præſtari optabat* Avia *tibi* paterna *fuit* CATHARINA Horſtmans/ *matrona lectiſſima*: materna avia *matrona honeſtiſſima* MARGARETHA Beſelins. *His parentibus, his majoribus tuis laudatiſſimis, natus, vel eo nomine felix cenſeri potuiſſes: eaq́ infans admodum promittere videbaris, unde ornamento tuis te futurum, ſi vitam Deus longiorem indulſiſſet tui augurabantur. Sed cum ita viſum fuerit ei, apud quem eſt numerus dierū noſtrorum, Te humanis miſeriis eximere, & gaudiis nulla triſtitia minuendis donare, hanc*

tibi

tibi ſortem gratulamur. Vos parentes ex diſceſſu filioli veſtri in mœrorem conjecti, magno illum animo ſuperate, illudq́ Poetæ uſurpate.

Tam modicum patribus tam dulci è pignore fructum
Defleo in exiguo temporis eſſe datum.
Rurſus ut æternæ bona volvo perennia vitæ,
Quæ Deus in cœlo præparat innocuis,
Lætor obiſſe brevi functum mortalia ſeclo
Ut citò divinas ille teneret opes:
Ne terrena diu contagia mixta malignis
Duceret in fragili corporis hoſpitio.

Nos Academiæ Cives infantis hujus funus, quod hodie media prima in templo Jacobæo fiet, noſtra præſentia decoremus, idq́ cogitemus, mortem nobis omnibus momentis imminere. Quum verò de frequenti veſtra præſentia, quam Patri avis, proavis, debetis, non dubitem eam mihi ſpondeo: Et ne fruſtrà ſim, facto docebitis

P.P. Roſtochij 29. Januarij
Anno 1637.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn770974058/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974058/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770974058/phys_0016
DFG

Militiæ hu jus exemplum hodier
nobis geminum præbuit. Mortis
gladio duos infantes vidimus, alterum
annos & menſes totidem natum: Alt
dum octo ſeptimanas in vita hac mortal
rantem. Is eſt cui nunc hanc præſta
ram, ALBERTUS HEIN, *infans ter*
hora quarta pomeridiana, tertio Decer
ni ſuperioris natus, triduo poſt, die Nic
per baptiſmum renatus, & 26. Janu
Anni, circa quintam matutinam, de
cum nec integras octo hebdomadas,
in terris compleviſſet. Non hoc nom
fantule miſer, quod brevi tempore int
les verſatus es, Nauta, qui ſævient
vem, merces ſuas, ſeq́;, commiſit, n
in votis habet, quam ut ſecundis vent
pleantur, & ipſe cum navi mercibusq
& quam fieri poteſt citiſſimè in portum
Id Albertule *es aſſequutus. Protru*
vitæ hujus terreſtris pelagus, quando
culas ſeptimanas vitalem incipiebas h
ram; Proſpero flatu tua implebantu
quando ex aqua & Spiritu regeneral
tiſſimè in portum delatus es, dum intra